factae essent uirtutes quae factae sunt in uobis olim in cilicio
& cinere poenitentiam egissent, uerum tamen dico uobis,
tyro & sidoni remissius erit in die iudicii quam uobis; & tu
capharnaum numquid usq; in caelum exaltaberis usq; in
[M. cviiii S] infernum descendes; Quia si in sodomis factae fuissent uirtutes
quae factae sunt in te forte mansissent usq; in hunc diem;
uerum tamen dico uobis; quia terrae sodomorum remissius
[M. cx. L. cxviii] erit in die iudicii quam tibi; In illo tempore respondens ihs
dixit; Confiteor tibi pater dne caeli & terrae quia abscondisti
haec a sapientib; & prudentib; & reuelasti ea paruulis; Ita pater
[M. cxi L. cxviiii Io. clxxviii] quo sic fuit placitum ante te; Omnia mihi tradita sunt a patre
meo; Et nemo nouit filium nisi pater neq; patrem quis nouit
[M. cxii S] nisi filius & cui uoluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes
qui laboratis & onerati estis & ego reficiam uos; Tollite iugum
meum super uos & discite a me quia mitis sum & humilis corde
& inuenietis requiem animabus uestris; Iugum enim meum suaue
[XII] est & onus meum leue;

[M. cxiii Mr. xxiiii L. xli] IN ILLO TEMPORE ABIIT IHS SABBATO PER
sata discipuli autem eius esurientes coeperunt uellere spicas & man
ducare; pharisei autem uidentes dixerunt ei ecce discipuli tui
faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis; Non
legistis quid fecerit dauid quando esuriit & qui cum eo erant
quomodo intrauit in domum dei & panes propositionis comedit
quos non licebat ei edere neq; his qui cum eo erant nisi solis sacer
[M. cxv S] dotibus; Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in
templo sabbatum uiolant & sine crimine sunt; Dico autem uobis
quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est [illegible]
[illegible] uolo & non sacrificium numquam condemnassetis innocen
[M. cxvi [illegible]] tes; Dominus enim est filius hominis etiam sabbati. Et cum inde
transisset uenit in synagogam eorum [illegible]